Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

ysa

dicit dnus In tempore placito exaudiui te et in die salutis auxi
liatus sum tui et. seruauit te et dedit te in fedus populi ut suscitares
terram et possideres hereditates dissipatas ut dicerres his qui uincti
sunt exite et his qui in tenebris reuelamini Super uias pascentur
et in omnibus planis pascua eorum Non esurient nec sitient et non pati
ent eos estus et sol quia miserator eorum reget eos. et ad fontes
aquarum potabit eos Et ponam omnes montes meos in uiam et semi
te mee exaltabuntur Ecce isti de longe uenient et ecce illi ab aqilo
ne et mari et isti de terra australi Laudate celi et exulta terra
iubilate montes laudem. qr consolatus est dnus populum suum et pau
perum suorum miserebitur Et dixit sion Dereliquit me dnus et
dnus obliuus est mei Numquid obliuisci potest mulier infantem suum
ut non misereatur filio uteri sui et si illa oblita fuerit ego tui non
obliuiscar tui dicit dnus omnipotens Ecce in manibus meis descripsi te
muri tui coram oculis meis semper Festinauerunt structores tui de
structores te et dissipantes a te egredientur Leua in circuitu oculos
tuos et uide omnes isti congregati sunt uenerunt tibi Viuo ego dicit
dnus qr omnibus his uelut ornamento vestieris et circumdabis
tibi eos quasi sponsa qr deserta tua et solitudines tue et terra
ruine tue nunc angustior erunt p habitatoribus. et longe fugabi
buntur qui absorbebant te Adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis
tue Angustus est mihi locus fac spatium mihi ut inhabitem Et dicas
in corde tuo. quis genuit mihi istos ego sterilis et non parens transmi
grata et captiuata istos quis enutriuit ego destituta et desolata et
isti ubi erant Hec dicit dnus deus Ecce leuo ad gentes manum
meam et exaltabo ad populos signum meum et afferent filios tuos
in uolumine et filias tuas super humeros portabunt et erunt reges
nutricii tui et regine nutrices tue Vultum in terram demisso ado
rabunt te et puluerem pedum tuorum lingent Et scies qr ego dnus
sum quo non confundentur qui expectant eum Numquid tollet a forte
preda aut quod captum fuerit a robusto saluum esse potest qr hec dicit
dnus Equidem et captiuus a forti tollet et quod ablatum fuerit a
robusto saluabitur Eos uero qui iudicauerunt te ego iudicabo et
filios tuos ego saluabo et ciabo hostes tuos carnibus suis